

ANNA PERANNA

Sive

TABELLA MEMORIÆ,

Lectissimæ Puellularum

ANNÆ MARGARETÆ
POLIÆ,

Clarissimi, Consultissimiq; Viri

DN. CHRISTOPHORI POLI

J. U. C. Practiciq; flo-
rentissimi,

ANNE FLORENTINÆ VIASTISSÆ,
gente Noricæ,

Conjunctissimorum Conjugum,

Filiæ Desideratissimæ,

in solatium Parentum mœstissimorum,

ad Aram Perennitatis,

A Fautoribus & Amicis

Amabili Compari, ob crudum hoc præmessum

saucio, merito indolentibus,

pio ritu & justo modo

suspensa.

BRESLÆ, Exscripsit GEORGIUS BAUMANNUS.

SIA, VIATOR, Lege, Cogita.

Hic jacet

ANNA MARGARETA POLIA,

Puella quinquennais,

Præcoci ingenii, formæ, & morum venustate

ad summa quæq; sui sexûs nata,

Spici ac expectationis singularis,

Parentum suorum delictum,

Fratrum & Sororis Amor & Voluptas,

Amicorum Amicitias,

Omnium Desiderium;

Corrupti moribus seculi erepta,

Christo caelesti Sponso electa,

Verè ut MARGARIS inter astra fulgens,

Anima cum corpore clarificato

unionem expectans,

Suos, charitatum charissimas, ut ANNA

PERANNA æternam

visura, amplexura, oblectatura.

Hoc Mon. Chartaceum Desideratissima sua

præpostero fati ordine prærepta

Filiola,

Mæstissimi Parentes

CHRISTOPHORUS POLIUS

&

ANNA FLORENTINA VIATISSA

Perennis memoria ergo

Lubentes Meritoq; F. CUR.

Nata XVIII. Jul. A. C. c19 19c XL.

Denata VII. Jul.

Humata X. Jul. } A. C. c19 19c XLV.

Epi-



EPITAPHIUM.



*QUIS CUBAT HIC? VIRGO. QUOD NOMEN?
MARGARIS ANNA.*

*QUANTA ÆTAS? LUSTRUM. QUI MORES
DENIQUE? BLANDI,*

MORIGERI, CASTI, ATQUE PII, QUID PLURIA? TALES,

QUALIBUS ORNARI DEBEBAT STEMMATE DIGNA,

FILIA CHARA POLI, NEPTIS GENEROSA VIATI,

ATQUE HESLERI AD ÆD DANIELIS HONORA PRONEPTIS.

Tantum in hac vacui temporis penuriâ habe-

bam scribere; plura alioquin HESLE-

RIANÆ BENIGNITATI, nun-

quam obliviscendæ debens

M. ELIAS MAJOR P. L. C.

Gymnasii Vratislaviensis Elisabetani

Rector & Professor, cæterarumq;

ibidem Scholarum Inspector.

Quinquennis ergo Pupa

Leti citioris

Desiderata Præda

Fit ANNA MARGARITA,

POLO Parente Nata,

Bonâ Parente Nata.

Rapina destituti

Cor sauciat Parentis.

Nec enim vident Parentes

Amabiles Parentes

Amabilemve Pupum,

Amabilemve Pupam,

A 2

Sine

Sine tediis, obire,
Sine lacrumis, obire.
Obire dico? Dico
Sermone Christiano
Concinnius praeire.
Praevit illa, fidens
Quo Christianus ivit,
Qui particeps obiuit
Coeli beatitatum:
Quo Christianus ibit
Qui particeps obibit
Coeli beatitatum.

Cur ergo lacrumantur,
Cur lugeant Parentes?
Voveant magis Parentes
Natam supersticare,
Natos supersticare,
Constante Liberorum
Felicitate Trigram.
Si lacrumanda Mors est,
Trigam supersticante;
Quis lacrumetur illam
Prolem satis, nec unam
Supersticante Prole?

Hujusmodi Casuum non ignarus
sic alios & se consolatur

M. HENRICUS CLOSIUS
Gymnasii Magdalen. Rector.

Tumulus.

Heic ego Patre POLO, Genetrice VIATIDE nata,
Inverso fatis ordine rapta, cubo.
Gemma velut stellans precioso praenitet auro,
Sic fueram Matri, sic preciosa Patri.
Nominis ipsa mei forma & virtute Secundi
MARGARIS, inq; oculis lux utriusq; fui:
Non tamen illa mei praenomnis ipsa Prioris,
Vivere nata annos ANNA PERANNA breves.
Tamen brevedepositum vano Gemmarius orbi
Credidit utendum Creditor ipse Deus.

Ac

Ac ne corrupti maculetur sordibus aevi,
Numinis ante diem gemma recepta manu.
Nunc Eoa velut mico pictis unio in astris
MARGARIS, & DIVIS ANNA PERANNA VOCOR.

Trauer-Lied.

Ihr Betrübteten Eltern-Herzen /
Haltet maß in Traurigkeit /
Und erlindert eure Schmerzen /
Weil der Psalm euch propheceyt:
Die mit weinen Samen streuen /
Werden frölich Früchte meyen.
Christen leyden zwar vmb Schulden /
Die von Adam her gemacht;
Sollen doch das Creuz dulden /
Und stets halten in der acht:
Die mit weinen Samen streuen /
Werden frölich Früchte meyen.
Kinder kommen zwar von Herzen /
Gehn auch wiederumb darzu /
Doch vermögt ihrs zu verschmerzen /
Und empfindet Trost und Ruh:
Die mit weinen Samen streuen /
Werden frölich Früchte meyen.
Job gar willig hat getragen /
Was ihm Gott hat aufferlegt /

A ij

Da

Da die Kinder ihm erschlagen /
Er mit Troste seiner pflegt:
Die mit weinen Samen streuen /
Werden frölich Früchte meyen.

Sagt er nicht? es ist ja kommen
Alles von des Herren Hand,
Der es wieder hat genommen /
Weil ihm war gar wolbekant:
Die mit weinen Samen streuen /
Werden frölich Früchte meyen.

Auch der Mann nach Gottes willen,
David schrey / O Absolon /
Doch ließ er sich noch bestillen,
Und sang einen Freuden Thon:
Die mit weinen Samen streuen /
Werden frölich Früchte meyen.

Wer wil Purpur Rosen brechen
In der schönen Frühlings Zeit,
Muß sich in die Dornen stechen /
Hofft doch Freude für das Leyd,
Die mit weinen Samen streuen /
Werden frölich Früchte meyen.

Du genusst keiner Garben,
Wann du nicht die Körner schlägst,
Und

Und des Weines mußt du darben
Den du nicht zur Presse legst,
Die mit weinen Samen streuen /
Werden frölich Früchte meyen.

Wie die Tulpen / Feilgen / Lilgen /
Und der Rosen tausend Paar /
Gewalt und Wirbelwind vertilgen /
So der Todt der Menschen schaar:
Die mit weinen Samen streuen /
Werden frölich Früchte meyen.

Stirbt das Blumwerck gleich im Lenz,
Übers Jahr doch wiederkehrt:
So wird euer Kind dort glänzen /
Und im Himmel sein verklart:
Die mit weinen Samen streuen /
Werden frölich Früchte meyen.

Gott der höchste Jubiliret
Schätzt dieser Perlen schein:
Und der Himmels Wahren Führer
Legt die Perl in seinen Schrein,
Die mit weinen Samen streuen /
Werden frölich Früchte meyen.

Drumb betrübt e Etern Herzen /
Haltet maß in Traurigkeit;
Und erlindert eure Schmerzen /
Wie der Psalm euch propheet:
Die

Die mit weinen Samen streuen/
Werden fröhlich Früchte meyen.

Mœstissimo Parentum Pari
solatii ergò panxit & complanxit
CHRISTOPH. COLERUS.

Quod subitò, & quinto cadit ANNULA MARGA-
RIS ANNO,

multum, more pii Patris, Amice, doles?

Neutrum est, cui subsit sat fontica causa dolendi:
certum solat I momen, utrumq; dabit.

Qui subitò moritur, fera nec cruciamina Morbi;
nec sentit, Mortem quantus acerbet acor.

Qui vitæ primis placidè decedit in Annis;
maturè, quicquid Mens pia quærit, habet.

Ita piè solari dolentem Parentem,
Amicum Veterem pl. colen-
dum, volebam, debebam

M. VALENT. KLEINWECHTERUS.

Prosopopœia puellulæ
defunctæ.

Non me terra capit, non detinet urna sepultam:
Nata Polo reddor morte peremta Polo.

Qualis Erythræâ tener emicat unio conchâ,
Fulget & Attalicas annulus inter opes:

Talis ego patris manibus gestata nitebam,
Matris & in blando deliciosa sinu.

Horum

Horum cura vigil me semper fovit ut aurum.

Pigmalion firmo claudere vecte solet.

Parva tamen visa est tantæ custodia gazæ,

Astris quæ jungi digna neperta fuit.

Mors mihi testis erit, properatâ funeris horâ

Inter mille alias me placuisse Deo.

Ergo quid fletis, mæsti, mea fata, parentes?

Flere decet Ditis quos gravis umbra premit.

Chara fui vobis, sed Jovæ charior: astris

Insertam propriâ me gerit ille manu.

Condolentiæ contestanda gratia
profundebat

M. JOHANNES FECHNERUS.

Breslaas inter Charibella tenella Puellas,

Et cui trina dedit, nomina chara, Charis:

Non rubeis nitri spumis, non illita fucis,

Non personatis condecorata comis:

Non cute, quæ nostro nunc ævo nuda suberbit,

Sed castigato culta pudore, vicens:

Corporis ornatu Dea, nec non pectoris; ipsâ

Eusebiæ gracili Nymphula facta manu:

ANNULA-formosis ni-vibus-MARGRETULA splendens,

Flosculus innocuæ Virginitatis; obit,

B

Ab

Ab quæ Nympha Necis nullo violabilis ictu:
In tenero potuit si Dea flore mori.

*
ANIMI CONDOLENTIS
argumentum
brevis. hoc Epigrammate
dabat

WOLGANGUS STIRIUS.

Purpureum floris decus impete grandinis ictum,
Utdabi verno tempore sæpe vides:
Non secus & teneram primo mox flore Juventam.
Esse licet Mortis cernere ludibrium.
Te satis hoc Patrem tua Margaritæ-Annula, Pohli,
Non sine cordolio, Natula chara docet.
Hæc nondum vitæ quintum confecerat annum,
Et tamen heu! mortis facta rapina jacet.
Non credam summum Tibi surgere corde dolorem?
Credo. Vix lætus quis videt ire suos.
Sed tamen heus fas est vano moderere dolori,
E tumultu lætu non revocatur Homo.
Natula quæ cecidit verni ceu flosculus Horti.
Hic terris, surgit germen in axe novum.
Illius quondam revidebis in æthere florem
Lætior, & doleas? jure dolere nequis.

opus auctoris f.
M. CHRISTOPH. SCHULTZ.

Cur primis adeo POHLI, tibi queris iramnis
abreptam rapido funere Filiolam?
Bella fuit, regeis, festiva, venusta puella,
Et quæ causa mihi prima, caputq;, Pia:
Hei mihi quot tenerum dedit hinc suspiria pectus,
Quam calidas fudit sedula lingua preces!
Vel moritura suos quos non dedit illa precatus?
Tristis ut hinc superet lacruma jure mihi.
Sed non mendicat Pietas sibi sordida lessum:
Et bona mens, coelum quod probat, omne probat.
Bella, nisi fuerit simul & Pia, Nata, queraris
tum licet; his nihil est fletibus improbius.

Adfectum *opus auctoris f.*
contestaturus
scr.

JOHANNES GEBHARDUS
Gymn. Elis. Coll.

Sonnet.

So schlägst du nun zu Feld dein Gold-gemengte Haare//
So Anna Margareth/ und lendest an den Port/
In grüner Frühlings Zeit/ auß diesem Leben fort?
Im Fünfften Jahre bald dich sehen auff der Bahre/
Ist ja noch gar zu früh! doch deinen Gott zu preisen//
Hat es so müssen sein. Eh' denn die lange Nacht/
Auff dieser Wüstenei/ zum Ende wird gebracht/
Musß dein noch zarter Leib im Grab die Würmer speisen.

Dem

Denn diß ist entlichen des Fleisches Danck vnd Lohn.
Die Seele aber hat / für Gottes güldnen Thron /
Den Preiß zu leben weg / biß auch der Leib wird stehen
Für seinem Angesicht. Kom / Gott / vnd brich bey zeit
Des Himmels Balcken ab / wir warten dein bereit /
Kom / laß ons auch alsbald zu Schiff vnd Segel gehen.
Caspar Neve.

